

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 6665

**Auteur(s)** : Henri II Plantagenêt, Normandie (duc)

**Bénéficiaire(s)** : Guillaume de Harcourt, trésorier de Bayeux [particulier]

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : [1154, avril-1154, décembre]

**Lieu d'émission** : Caen

**Action juridique** : donation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Concession à vie, faite sous certaines réserves par Henri, duc de Normandie et d'Aquitaine, comte d'Anjou, à Guillaume d'Harcourt, trésorier de Bayeux, d'une maison avec jardin, sise à Bayeux, qui, après avoir appartenu au trésorier Conan, était tombée, en raison d'une dette, entre les mains du roi Henri Ier, puis de son petit-fils le duc Henri.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° 13, t. I, p. 19.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° LXVIII\*, t. 1, p. 75-76.

## Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 75.

Texte établi d'après b

Henr[icus], dux Norm[annorum] et Aq[uitanorum] et comes And[egavorum], H., archiepiscopo Rothomagensi, et omnibus episcopis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus suis fidelibus, salutem.

Sciatis quod quando dominia mea de Baiocis apud Cadomum recognita fuerunt per sacramenta legalium hominum de Baiocis, inter alia recognitum fuit regem Henricum, avum meum, domum lapideam que fuit Conani thesaurarii et virgultum ejusdem post mortem ipsius Conani in dominio suo habuisse propter trecentas marcas argenti quas Conanus, die qua fuit vivus et mortuus, ipsi regi Henrico debebat. Et quia predicta pecunia regi Henrico vel suo heredi a nullo Conani herede postea reddita fuit, consideratione baronum meorum et domus et virgultum in dominio meo remansit donec pecunia illa a justo Conani herede michi redderetur. Ego vero et domum illam et virgultum Willelmo de Herecuria, thesaurario Baiocensi, tota vita sua habendam concessi, nisi supradicta pecunia a justo Conani herede interim sibi redderetur. Post mortem vero Willelmi, Baiocensis episcopus quicumque fuerit domum illam et virgultum libere et quiete perpetuo possideat, donec sibi pecunia illa a justo Conani herede reddatur. Quare volo et precipio ut Willelmus thesaurarius domum illam cum virgulto tota sua vita libere et quiete et honorifice modo supradicto teneat.

Testibus : Arnulfo Lexoviensi episcopo, Ricardo de Humez constabulario, Manessero Biset dapifero, Roberto de Dunstanvilla, Jocelino de Bauliolo, Willelmo Filio Johannis.

Apud Cadomum.

Apud Cadomum facta est recognitio, sed apud Rothomagum concessio facta est Willelmo thesaurario, et carta ibidem data.